



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 49. Parisiensis Episcopi sententia in favorem Maldonati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

batur: præprimis vero Universitas in quodam quatuor Facultatum Conventu per Rectorem convocato accusationis libellum confecit, ibidemque quæstæ est, quod Maldonatus insuperhabitis prudentiæ rationibus, pietatisque, & charitatis legibus novitates introducendi, fovendi schisma, atque erga Universitatis statuta contemptum inspirandi occasionem quæreret, cum sat notum esset, quod præcipue post Basileensis Concilii decretum Ecclesia Gallicana semper Beatissimam Virginem ab originalis peccati labe immunem esse senserit, ac docuerit, omnesque Galli in pia hac doctrina enutriti Beatæ Virginis Conceptionem honorare, sese obstrictos agnoscant, ac semper cum magno emolumento hunc cultum exhiberint, nihilominus nunc Maldonatus oppositam doctrinam tradere audeat, hacque ratione schismati aditum panderet.

§. XLIX.

Parisiensis Episcopi sententia in favorem Maldonati.

Equidem Jacobus Ceuillines, qui tunc *Argentor. l. c.* erat Prior Sorbonicus, & Rector Academiæ, sacram Facultatem de iis quæstionibus consulendam censuit: cum autem graviter ferret Reverendissimus Pari-

Sæcul. XVI.
A. C. 1575.

Sæcul. XVI. Parisiensis Episcopus Petrus Gondius, postea sacrae Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, quod sacra Facultas Theologiæ Parisiensis in Renati Benedicti versionem, quam hic idem Episcopus approbat, insurrexerit, hinc Maldonati partes tueri statuit, illumque per suum Promotorem interrogari, ac de ejus doctrina examen institui jussit, quinimo ipsemet Episcopus illum ad questionem vocabat, perceptisque octo, vel novem Doctorum hanc in rem accitorum judicii die decima septima Januarii anno post Christum natum millesimo quingentesimo septuagesimo quinto sententiam pronuntiabat, qua Maldonatum nihil fidei contrarium docuisse, nec minimum fovisse errorem declaravit. Enimvero Maldonatus immaculatæ Conceptionis opinionem in Ecclesia tam solemniter receptam, atque ab omnibus ferme Catholicorum Scholis adoptatam non impugnabat, sed duntaxat eam non esse fidei dogma afferebat.

§. L.

Facultatis oppositio contra hanc sententiam, ejusque libellus duplex ad Senatum.

Argente l.c. Quamprimum Facultas hanc sententiam a Parisiensi Episcopo latam fuisse